



aperiamur. Sicut enim malis operibus quasi quibusdam seris & uerbis  
 ante nobis ianua clauditur. Ita absque dubio bonis & sanctis operibus aperit.  
 Et ideo fratres karissimi unusquisque consideret conscientiam suam. & quando  
 se aliquo crimine uulneratum esse cognouerit. Prius orationibus  
 ieiuniis. uigiliis. elemosinis. student mundare conscientiam suam.  
 & sic eucharistiam presumat accipere. Si enim cognoscens reatum  
 si enim cognoscens reatum suum ipse se diuino altari subduxerit. cito ad  
 indulgentiam diuinae misericordiae perueniat. Quia sicut quis se  
 exaltat humiliabitur. Ita quis se e contrario humiliat exaltabit.  
 aeterna coram deo gloria & beatitudine sempiterna. per dominum nostrum  
 Iesum Christum qui cum deo patre & spiritu sancto unus se & uerus deus uerit  
 natus. per infinita secula seculorum amen.

**F**RS. Scimus autem quoniam diligentibus dominum omnia cooperantur in bo  
 num. his qui se cum domino propositum uocati sunt sancti. & electi.

**B**eatissimorum apostolorum passio  
 fratres karissimi. quorum hodie natalem solemnitatem celebramus.  
 Cunctis est honoranda exdentibus. quos pius uita. pietatisque  
 plenitudine. saluator mundi humano generi & patres esse dedit  
 & iudices. Quare autem integritatis quantum aequae pietatis fuerunt.  
 & apostolica lectione potest animaduertere dilectio uestra. ut  
 non quod. Scimus autem quoniam diligentibus dominum omnia cooperantur  
 in bonum. his qui se cum domino propositum uocati sunt sancti. Non solum  
 autem apostolis sanctis. sed & omnibus in ecclesia fidelibus. quae cumque fecerint  
 uel faciunt bona. uel quae cumque passi fuerint uel patientur  
 propter nomen domini. omnia illis ad mercedem peruenient  
 aeternam. Benedictus qui secundum propositum uocati sunt sancti.  
 secundum propositum. Id est secundum hoc quod ad aeternam uitam  
 praedestinati sunt. Quia multi uocati. pauci autem electi.